

112

112

Quod DEUS honori suo
esse jubeat,
Imper. Roman. FERDIN. III.
Cæs. Aug.
ad mandatum.

Serenissimi Electoris SAXONIÆ,
IOANNIS GEORGII &c.
ejusdemque utriusque LUSATIÆ
Marchionis,
Principis sui Clemen-
tissimi,

GORLITIUM

Calend. Aug. Ann. clō 10 L

Laudanda DEI, ob restitutam tandem, post plus quam
triginta annorum bellum, GERMANIÆ pacem, miseri-
cordiæ Sacras, cum voto perennaturæ in omnem Sere-
nissimam Electoralem Saxoniam domum incolumi-
tatis, succinentibus tum docentium tum discipulorum in
Schola qualibuscunque Musis, religiose in DEUM, obse-
quentissime in Principem, solenni fe-
stivitate celebrat.

Gorlicii typis exscripsit Martinus Hermannus.



Qual Deus honorat
 esse iubet
 Iacobus Romanus FERDINANDUS
 ad mandatum
 Serenissimi Electoris SAXONIAE
 IOHANNIS GEORGII
 &c.



d. vi. 75. 36

GORATIUM
 Calid. Aug. Ann. cl. 15 J.
 Tandemque de obsequio tandem post plus quam
 viginti annorum bellum, GERMANIAE pacem, miseris
 cordis sacris cum toto perennante in omni statu
 nullam Electoris Saxoniae domum incolunt
 eius tunc in illis tunc docentur tunc discuntur in
 solo quodammodo in quibus religio in DEUM, obis
 quodammodo in quibus religio in DEUM, obis
 in hunc celestem

Gottfriedi episcopi Mariani Hermannus



Ad GERMANIAM.

S Inihil est melius pace, ut proverbialia dicunt,
Et tibi Pax tandem, Teutonis ora, data est:

Fac etiam in reliquum melius GERMANIA, vivas:

Exemploque probes illud ita esse tuo.

Nam si peccandi Te foeda libido tenebit,

Dic, quæ constabit, Pace nihil melius.

Serenissimus Elector SAXONIÆ &c. initia belli
Germanici cum exitu ejusdem conferens.

Quid faciam? num bella gerã nunc? numve quiescã?
Certa est utrovis nostra ruina modo!

Sic inducebat me publica charta loquentem;

Cum Mars vicinis volveret arma locis.

Gessi bella, etiam re sic suadente quievi:

Nostra tamen neutro certa ruina modo.

Quid cause? Illa suo facere hæc Prognostica zelo:

Cælo aliter sortes sed cecidère meæ.

Scrib. DAVID VECHNERUS.

Heu quam sævitiam, Mavorte tonante per annos

Tot, gelidus per quot Saturnus circinat orbem.

Haecenus experta est GERMANIA nostra! ruinam
Oppida quot, pagi, quot propugnacula & Arces,
Traxere ingentem! quas clades vidimus eheu!
Eheu quot caedes! generosa stirpis acervos
Heu quot! quot Reges, quot & occubere Dynasta!
Millia ne numerem quam plurima, morte cruenta
Quae cecidere viri, matres cum gente minorum:
Ne referam incestus, resolutaque jura pudoris
Virginei, frugum exitium, ne furta, rapinas,
Pluraque Bellonae comitantia damna furorem.
Haec castigatum crudeles fortis in hostes,
Milite conscripto, ductu Rectoris Olympi
Felici summi, vi magna armisque tetendit
Septemvir noster, magnorum celsa propago
Heroum, Divis ortumque genusque trahentium.
Ac veluti superest Lunam status orbis amoenus,
Sic placidus fuit inclementi Principe vultus:
Non etenim semper tristissima bella secutus:
Sed quoque, quo pacto cum saevis hostibus ipse
Tranquillè possit, quæsit, ducere vitam.
Constituente locum MÜNSTERUM Cæsare Magno,
(Qui merito pacem firmans hoc nomine gaudet,
Ponere quando minor non laus, quam sumere, tela:)
Illic Elector Noster dimisit ab urbe

DRESDA legatos, parcens non sumptibus ullis,
Pacis amans, cupidus Pacis, ne cuncta Tyrannum
Illuvies ferro vastet: ne cuncta favillis
Ambusta hinc rapidis ac hinc videantur in agris.
Heroes ausus adjuvit summus IÖVA
Principis, aligerâ cingens latus omne coronâ,
Consiliis animum & munivit pectora fanis:
Cesserit ut quodque adgresso feliciter omne.
Hinc decor antiquus Pietati, hinc artibus ipsis,
Dante DEO, rediit, nostris pax aurea terris.
Det Tibi cunctipotens Numen pro talibus ausis,
Sumptibus heu tantis pro, curâ, tamque labore
Immenso, Princeps celsissime, Nestoris annos:
Sub Ruta ut redeant Saturnia regna virenti:
Sub Ruta ut vireant, vigeant, hinc inde Lycéa,
Curia, Gymnasium, Schola, Templum: civica tecta
Non lis disturbet, non jurgia: tristis Erinnyis
A laribus nostris & sævus Marspiter absit:
Ut pace in charâ vitam traducere nostram
Possimus, vivant & dulci in pace Nepotes:
Id, quod mente voyet totâ, gemit & suspirat

M. CHRISTOPH. HASSFURD,

Nunc est ovandū, nunc pede libero
 Calcanda tellus, cum furialibus
 Divis fugatis Pax refulfit.
 Aurea Teutonicas per oras.
 Antehac gemebat gens Charitū pia,
 Musis & ardens conjugis impetu
 Beltona crudeles ruinas
 Perniciemq; malam parabat.
 Quin & Themis cū legibus hactenus
 Contabuit sanctis operarius
 Lugens, agelli cultor atque
 Transfuga, tempora transigebant.

Solus vigebat Centurio vagus
 Multum crepando fortia praelia,
 Secumq; quas hic ducitabat
 Cum clypeo & galeā phalanges.
 Verūntamen Respublica jam vicem
 Fatis benignis longe aliam induet;
 Non amplius fert JOVA summus
 Imperium tumidi Mavertis:
 Sed vult, ut ægras denuo colligat
 Vires, gerens commercia dulcia
 Secura frugi subter almæ
 PALLADIS arbore victitando.

Pro talibus cuncti modò dicimus,

Quas possumus, grates Tibi maximas,

O CHRISTE, res mundi gubernans,

Cum patre, flamine cumq; sancto.

Omnis boni ergo pangebatur PAULUS GERHARDUS.

EN optata quidem, sed vix sperata, tot inter,
 Defuncta, rerum tristitia, Pace, dies!
 Quis non in cineres jam bis tria lustra redactam,
 Quis non jam Pacem dixerit esse nihil?
 Merfa sed emergis letho Pax lata: refurgis,
 Ut nova nobiscum secula lucis agas.
 Omnibus ô vivas æquè Pax omne per ævum!
 O æquè faveas omnibus usque piis!
 Te vivâ vivit Res publica, privaq;: cunctis,
 Ut faveas, votum est cordis & oris. Amen!

ANDREAE THESEI.

Quàm fera res bellum sit, & atrox lerna malorum:
Flere quidem, verbis pingere nullus a'vet.

At sub pace salus, cum privà, publica floret:

Furibus & templis dignus habetur honor.

Hanc volumus. Tandem sortem miseratus acerbam

En! hanc restituit, pro bonitate, DEVS.

Salve pax veniens ex optatissima cælò!

Omnes collaudent voce styloq; DEVM.

Ejus honos, & laus, ac nominis inclyta fama

Crescat in eternos non peritura dies.

Vota ferant: serua Patriæ, Deus optime, Patrem:

Ut sub Eò vigeant curia, templa, schola.

DAVID SARTORIUS.

Laudibus extollas Dominum gens quælibet Orbis,
Urbis nostræ hujus publica res, cathedra.

Cæsar, Rex, Proceres, Dux, Judex, Consul & exul;

Cum natis Patres, filia matre simul,

Imberbes juvenes senibus, vetulisq; puellæ,

Per solvant laudes, pectore, voce, stylo.

Ille exercituum Dominus, pacisq; Magister,

Firma novæ nobis fœdera pacis init.

Gratia blanda iterum fidei mox obvia fiet;

Oscula nunc tribuet candor iüstitiæ.

Ah gratum! fuerit quoniam hospes ab hospite tutus,
Noxia nulla foris, nulla ruina domi.
Ergò tot laudes, quot vestrum continet orbis,
Dicite, quot fulgent sidera clara polo.

MATTHAEUS SEYLERYS.

Wo Mars sein Zelt schlägt auff/ da ist kein Heil
zu spühren:

Ein Fried ist besser ja/ als vielmahl Triumphieren/
Da man mit Gut und Blut bezwungner Böl-
ker prangt. (langt!

Den Frieden wünschen wir/ und haben ihn er-
Ja unser hohes Haupt trägt gnädigstes Gefallen
An uns/ u. unserm Stand/ in dē wir numehr wallē/
Vnd ordnet gnädigst an/ wie wir in sicherer Ruh
Mit Vnterthänigkeit viel Zeiten bringen zu.
Nim unterthänigst auf die Fürsilich/ Hohē Sorgē/
Die Würdigsten Befehl/ die dir sind unverborgen/
Du seelges Görlitz du/ und dancke deinem Gott/
Vn/dz er dich befreit vō Krieges Not u. Spott!

JOHANN WESSE.

Cermani satis est effusum sanguinis: enses
Mavors lethales seve reconde tuos.

*Sæve reconde tuos clypeos, tormenta, bipennes,
Bombardas, galeas, tympana, signa, tubas.*

*Fiat sive tuis ex armis vomer aduncus,
Quo desolatos scindat arator agros:*

*Pax quoniam rursus Germanâ affulsit in orâ:
Quæ multis votis usque petita fuit.*

*Pax sanè donum est: quo non preciosius ullum
Orbis habet: nobis hoc dedit ipse Deus.*

*Ergò depositis armis GERMANIA plaude,
Et dic munifico carmina grata Deo.*

*Et tu GORLICIVM (vexatum Marte furente
Sat graviter) grates pectore solve Deo:*

*Cautius & fugito scelerata crimina vite:
Condita ne Mavors arma resumat atrox.*

ANTONIUS SCHMID.

*C*ui Quinti Imperii à serie cognomen adhaesit
CAROLE, sic olim regia verba dabas,

*Non est per totum quicquam prestantius orbem,
Atq; bonum majus non tenet ullus homo;*

*Æternus quam si nos fons & origo bonorum
Firmo jucundæ federe pacis amet.*

*Id quoniam nobis per te, Invictissime Caesar
(Te puto quem vivum secula nostra vident)*

B

Con

Contigit, ô Cesar Te Magnum jure vocamus
Τυγ̃ Pater patriæ porro vocandus eris.

IOHANNES GEHLERUS.

Ceu vari exempli de Sulla Seneca scribit
Arma benè hic sumpsit deposuitq̃ benè.
Exempli Ferdinandi vari estis, uterq̃
Cæsareum Numen, Filius atq̃ Pater.
Hic equidem rectè suscepit munera Martis:
Ille autem rectè deposuit gladium.

ANDREAS THESEUS Typ. Bol. Sil.

Aργηγός πολέμου πέλειαι λώϊς ἀπάντων,
(ἔλεξεν ὡς σώφρων ἀνὴρ,) Belisar.
ὅς δὴ εἰρήνην δια ἐκ πολέμοιο τίθεσθαι
ἱκανὸς πέφυκεν ἡμαθε.
Δωλέον εἶν πάντως τὸν τίτλον Καίσαρι ἀμῶν,
Σραῖηγὸν εἶναι ἄριστον.

„Οὐλί γὰρ εἰρήνην δια ἐκ πολέμοιο ἔθηκεν
Γερμανίδ̃ Πατῆρ κλυτῆς

IOHANNES BÜTTNERUS.

Kαῖσαρ ὁ Ἀύγας μέγα ἔλλαχεν ἔνομ' Ἰάνθ
νηὸς ὅτι κλείσθη ἦς ἐπὶ κοίρανης.
„Οὕτως καὶ ἄρχων ὁ τὰ νῦν Γερμανίδ̃ αἰης
„Ουνομ' ἐν ἀνθρώποις λήψεται ἀθάνατον.
Φρονίσι γὰρ κείνθ δούλ̃ τε θεοῖο ἀνέστη
Τεύτοσιν εἰρήνης ἀνθ̃ ἀριπρεπέ̃.

HENRICUS SCULTETUS Bregâ Silesius.

L Ivoris, regnante NUMA Romæ acre venenum
Scribit Plutarchus, non habuisse locum.

Addit ad hæc nullum flagrasse cupidine regni,
Aut Regem insidiis appetisse suum.

Cæsari idem eveniat nostro summoq; Monarchæ,
Par est quisq; Deum supplice voce roget.

Certe huic post Joviam, cui Vesta Salumq; polusq;
Paret, debemus pignora grata Toga.

SIGISMUNDUS MELIBRUS S. S.

ΕΝΤΙ ΔΥ' ΟΙΣ ΜΕΓΑΛΗ ΚΕΦΑΛΗΝ ΕΞΗΡΕΙΟ ΡΩΜΗ
Σωφροσύν' εἰρήνης καὶ ἀρετῆ πολέμου.

Ταῦτα δὴ φαίνονται εἰν Καίσαρι ἡμῶν,

Τὶς βροτὸς ἔκείνου πάγχυ λέγοιτο μέγαν.

GEORGIUS SEHEZDEI WYZZ Bregã Silesius.

Fertur: Rege NUMA Romanum regna tenente
Nusquam dissidia aut bella fuisse fera.

Det DEUS, Austriacæ imperio de stirpis ut omnis
Teutona posteritas dicere possit idem.

GREGORIUS SCHÖNIUS.

Bellorum finem incertum communiter esse:
Ipse pater Latii dictitat eloquii:

Exitus at certus nostri est (quis credere nolit?)

Belli: namq; bono clauditur exodio.

B₂.

EXO-

Exodium belli PAX est, quæ reddita nobis
Post multos gemitus votaꝗ; multa pia.
Fiat dante DEO, quò longùm Pace fruamur:
Duret & innumeros firmiter illa dies.

IOHANNES CHRISTOPHORUS Mohr Seidenb. Lusat.

Est ubi in huncce modum fatur Latialis Homerus
Hec fecit nobis otia grata DEVS.

Cesar ei esse DEVS: sed nos accepta feremus

Uni, quæ pacis sunt data dona, DEO:

Semideos tamen haut temerè appellabimus illos:

Qui pacem ductu constituere suo.

GEORGIUS GOTTLOBIVS à Döbschütz Eques Lufatus.

Εν τῇ τῶν προγόνων γενεᾷ Μουσήριον αἶπυ
Ἐνδοξον πόιησ' ἡ σάσις αἰρετικῶν.

Ἄλλ' ἐκ ἀνθρώπων ἐκλὸς μεγάλοι οὐλέθρα:

πολλῶν περθομένης σφατλαμένων πόλεως.

Ἐν τῇ ἡμετέρᾳ γενεᾷ περιδοξον ὑπῆρξε

τὴν διὰ εἰρήνην αὐτόθι γινομένην

Ἀνθρώπων μετ' ἀπειρεσίων ὠνήσι: ἦν περ

σηρίζη ὁ Θεὸς παντοκράτωρ ἔσαι.

THEOPHILUS HELANDUS Cotb. Luf.

EXodium bello dat NORINBERGA secundum,
cui prius eisodium PRAGA Bohema dedit.
Hinc causa est, illi multum gratemur: at hujus
infaustam pariter causa dolere vicem.

P. T. K. à S. B.

CAROLE MAGNE tuo fuit Osnabruga celebris
Tempore, quod tum Hellas lingua vigebat ibi:
Sed celebris magis nunc, atq; est plus laudis adeptæ
Ponendæ paci, quod locus aptus erat.

THOMAS SWANN Lob. Luf.

REX THEODORICUS pacem appellabat amaranam
Doctrinæ matrem Palladis atq; Sacræ.
Nostram ergo patriam mater postquam hæcce revisit,
Artibus & studiis post locus aptus erit.
Hanc matrem veluti nunc reddidit ipse Jehova:
Sic omni nobis tempore fervet eam.

CASPARIUS SCHROBERUS Gorl.

P*Ax est libertas tranquilla, ut TULLIVS inquit,
Sic duo Pax in se grandia dona tenet.*

*Effice summe Deus, cui Cælum servit & æther,
Quæ data pax nobis, hæc duo dona ferat.*

*Nullus eam ventus disturbet, nulla procella,
Sed stabilis maneat tempus in omne vicens.*

GREGORIUS COLBIUS Sag. Sil.

MAXIMUS, ut scribunt, TYRIUS cognomine, bellis,
Delicias etiam judicat esse suas
Esto. Nos toto lætemur pectore, nobis
Hæc voluptates eripuisse DEUM.

BARTHOLOMÆUS HAGENDORNIUS,

Non potis est respublica magna quiescere longum,
Hoste absente foris, nascitur ille domi:
Hannibal hoc olim legitur dixisse dolosus,
Qui belli Peni Duxq; Paterq; fuit.
Nos pacem ob factam letamur cordibus imis,
Ac petimus summum supplice voce Deum:
Efficiat, nec nostra foris vexetur ab hoste,
Inveniat sed nec Teutonius ora Domi.

CHRISTIANUS FRIDERICUS SCHMIDT

Hermes Romanus dicit, sunt bella gerenda
Tranquilla volumus si requiete frui:
Sed nos, quos natos Germania patria cernit
Quam nunc Jova dedit, pace fruemur ita:
Ne posthac unquam furialia bella gerantur:
Sed vigeat veræ pacis amœna quies.

CHRISTIANUS ROSA

Toto Trygeus cum poscit pectore, pacis
Ut patriæ redeant pignora grata sue:
Hoc etiam inducit, tredecim quod torserit annos:
Cives tranquille pacis amandus honor.
At nos non tredecim sed totos, intimus, annos,
Triginta ejusdem torset & ussit amor.
Propterea toto sentimus gaudia corde:
Quod Numen pacis fœdera grata dedit.

FRIDERICUS EYDIER

Nulla salus rigido, dicis Germania, Marti
Atq; experta diu non male dicis idem.
Hinc quoniam pacis tibi reddita gloria tandem
De vota grates reddito mente DEO.
Sis pia, vive Deo, fugito peccata: secunda
Sic almae semper foedera pacis erunt.

T. V.

Fecisti in gremio pacem plutona gerentem
Archivis quondam Cephisodote tuis.
Effice tu Deus, in gremio pietatis amorem
Gestantes demus pectora nostra tibi.
Sic in perpetuum nobis pax alma virebit,
Conspicientq; pii fata secunda Lares:
Tempore sic nullo nos turbent fulmina belli
Nec rapiet nostras Mars pharetratus opes.

GOTTFRIDUS COCERNUS.

Vt fert multorum communis opinio: Belus
Qui primus gladios fecit & arma, fuit.
Hinc appellari censent bellum: ergo precandum,
Ne talem Belum patria porro habeat.

CHRISTOPHORUS RIEMERUS.

Ex interpretibus sacris cum forte rogaret
Unum Rex Lagides, Marte togaq; bonus.
Quolibet in magno quæ res sit optima regno?
Responsum accepit: pace tenere suos.

*Tu quam Teutonia pacem miserate dedisti,
Mitis in hac ipsa contine pace, Deus.*

IOHANNES ADOLPHUS LICHTNERUS.

Τῆς ἐπὶ εἰρήνης, τὸ πάλαι ὡς εἶπεν αἰοιδός,
ἴσθαι κοιμᾶσθαι ἐξὸν ἐς ἀμφότερον.

Ἄμμες ἐς ἀμφότερον δὴ γρηγορέωμεν, ἀκῆσαι
τῷ μὲν τὰς ἀρχὰς, τῷ δὲ μάλιστ' Ἐθέον.

Τῶς σταθερῆ ἔσειαι εἰρήνη ἡ δὲ βεβαίη.

τῶς καὶ ἐξέσειαι κνωσέμεν ἀμφοτέρους.

GEORGIVS V VILHELMVS CADNER. Löb. Lusat.

Hactenus externi populi Germania nostra
Per triginta annos mesta Palaestra fuit.

Exiit cunctipotens, cui gloria vera sit uni,

Posthac ne redeant bella nociva, Deus:

Dirigat atq; suo nos semper Flammine sancto,

Quo vita cursus sit sine labe sacer:

Peccato laxas ne permittamus habenas

Rursum quo miseros Marte furente premat.

ADAMVS HORNINGIVS Spröttā Silesius

Hactenus explicitis pennis tua fama volavit
Norica perpetuis urbs celebranda metris:

Sed tua firmata nunc intra mœnia pace,

Gloria quis dubitet, quod tua major erit?

PETRVS CAUSIVS

S Edle Fried ist da/ weicht ab/ erblasste Sinnen/
stimt neue Lieder an/ heut solle ihr dieß beginnen/
was zu der Freude dient/ das raube Regiment
der Musen: Störerin Bellona sich geendt.

Es ligt das Bürgeschwert: die Deutsche triumphire/
den Donner grober Stück wird m̄ hinfort nicht spüre/
Musquetē sind erstumt/ still ist Trompetē Schall/
m̄ hört nicht/ wie vorhin/ vō Stād u. Länder Fall.

Deutschland/ lebe lang/ und schau in grauen Jahrē
Fried und der Feinde Tod/ laß die Nachwelt erfahren/
daß du nur hast verlacht dē Mars/ wañ er gebeert/
du grünest dennoch itzt/ weil dich der Friede nehr.

JOHANN CARUS von Deuten aus Schlesien.

E Uge serena redit pax, ô Germania plaude!
en Bellona jacet: Martia jura silent.

Omnia nunc rident; Muse letantur, Apollo,
pax, canit exultans, semper amœna vige,
Ingens quippe bonum pax est, ac optima rerum
ut merito affirmat, qui ratione valet.

Pace receptâ igitur quisquis non pectore gaudet,
dicier hic omni non homo jure potest.

Idem.

S At sonuere diu crepitantia tympana Martis,
Classica militibus sat sonuere diu: C Tan-

*Tandem belligerum Janum Germania claudit,
Redditur & patriæ pacis amena quies.
Tu Deus, adde, precor, sanctis adamantina claustra
Portis, & clavem gurgite merge sali:
Nullus ut humano quotquot sunt sanguine creti,
Illam vel videat, vel reparare queat.*

IOHANNES GEORGIUS SCHWEIDLERUS Friedberg. Siles.

*F*œmina furtivos quæ vafrè vendit amores,
Et violat ruptâ jura marita fide,
Prospicit illa foras, mox valvas claudit, ubi quem
Ad sese propius fortè venire videt.
Scilicet hoc pacto sanctum ostentare pudorem
Mœcha tamen cum sit cum maneatq;, cupit.
Huic similem infidam pacem jam censuit olim
Carminè mordaci clarus Aristophanes.
Tu vero, quæ dante DEO, sub Cæsare nostro
Pax data Teutonicis es Veneranda locis,
Casta eris, & nunquam patrabis talia, totam
Te potius pandes ceu decet ingenuas?

MARTINUS PILTIUS Fridland. Bohemus.

*S*I Mars cunctarum res incertissima rerum,
differit hac de re Maximus ut Tyrius,

*prudenter certè fecit GERMANIA, Martis
arma quòd abjecit sanguinolenta gravis.
Scilicet arva colit pax, pax est summa voluptas:
ut stulti sint, qui munera Martis amant.*

PAULUS STANISLAI Cūstrino-Marchiacus.

TEutonix toto nomen celebratur in orbe,
res propter varias, quas opulenter habet:
nobilis & bello est, quo tot fuit uita per annos:
pace tamen facta nobilitata magis.

ANDREAS HETZERUS Zeilenrod. Variscus.

ATrox (proh!) bellum multos duravit in annos,
mutarunt pauci crimina at inde sua.

Tu pace ergo datâ facias nunc optime FOVA,
ut vigeat pietas, sit procul omne malum.

CASPARUS FRIDERICUS BRÜCKNERUS.

CReditur ex herba fumus depellere muscas,
Lysimachen primùm quã reperisse ferunt.
Est, qui Lysimachen quoq; pacem dicit: odorẽ
ô si per patriam spargat ubique suum,
belligeri Martis ne porro subvolet unquam
crabro, nec secum plurima damna ferat.

JACOBUS SCHÖNIUS Königsh. Lus.

SAepe parifato est in bello noxius; insons,
Et vetus est dictum, Et res satis ipsa docet.
At cum justitiâ quia nunc pax inclyta floret,
Vivat labe carens, dispereatq; malus.

IACOBUS GNEBS G. L.

IN bellis (vulgus ceu dicit) inania multa,
Ex bellis etiam prodit inane frequens.
Haectenus experta est GERMANIA: fecit inanes
cum loculis urbes belliger ille Deus.
O sic ducamus vitam, quò tempore nullo
in nos tam vastum mittat inane Deus.

GEORGIUS CIRLIUS Gors.

Quis non felicem dicat celebretq; beatum
Nostrum Electorem? nam grave Martis opus
Conspexit surgens, se viq; pericula belli:
Nunc minus armorum vim rabiemq; videt.
Interea ne rerum apicem, mundi q; Monarcham
Aut possit dici deseruisse suos,
Sic sese gesfit. Summe ô moderator Olympi
Hunc nobis longos fac superesse dies.

ANDREAS KOKERUS.

VOx est parva quidem Pax & contraria bello,
sed generi humano cõmoda magna notat.

Tu Deus, immensi fabricator maxime mundi,
esse rata hæc nobis firmaq; vota, jube.

IOHANNES GREG.

Est in Aristophanis libris ubi talia quidam
Supplice voce rogat:

O Pax nostra salus: ô altrix optima rerum
Efficias placidam,

Ducere quò tecum vitam sine labe queamus.

Talia vota licet.

Ex hujus hominis verbis decerpere: quod nil
Impietatis habent,

Quamvis ille DEI summi Christiq; sacrata
Notitiâ caruit.

Ἐτεόσιχον.

De pro Mo grates ex toto peCtore JOVAE,

Urbi q' Ulpe Venit patr. la & paXa Urea nostra.

IOHANNES GEORGIUS FORSTERUS Gorl.

Si belli externi mors interioris origo est,
Interni quoq; mors exterioris erit?

Tu fac Omnipotens Cæli terræq; Creator:

Ne rursus monstrum progeneretur iners.

Si verò tua sic tulerit divina voluntas,

Ut procul à nostrâ sit regione parens,

C 3

In-

Infanti cunas, & quæ lac præbeat, imo
Filia fac pereat mater & ipsa simul.

GEORGIUS ABRAHAMUS HENEMANNUS.

O Tuba, quæ pacem claxisti nuper in urbe
Cæsaris, ac ipsa Cæsaris arce quoque,
Cæsarea digna es, quæ suspendaris in arce,
ut Phidiæ quondam culta Minerva stetit.
Nuncia quippe rei dudum exoptata fuisti,
quam tot myriades concupiere hominum.

BARTHOLOMÆUS SUMMERERUS Gorl.

Judice Vegetio. cunctis ars bellica rebus
est potior: per me mente fruatur eâ.
Nam nos Germani optamus de pectore toto,
& petimus summum voce rogante Deum,
ut procul à nobis, nostris regionibus atque
ars nocuas artes exerat illa suas.

GODOFREDUS EMERICUS.

Cui Probus est nomen Cæsar dixisse refertur:
Fiet, militibus non habeamus opus.
Tantoperè hic Princeps pacis flagavit amore,
Hoc pacto veræ pacis amansq; fuit.

Det.

Det Deus hunc animum cunctis heroibus: ut nunc
Milite non opus est, sic neq; porro fiet.

JOHANNES JACOBUS LICHTNERUS.

HActenus assiduis precibus votisq; precati
Da Deus o pacem bellaq; pelle procul.

At nunc orandum nobis, ut summus Jöva
Conservet pacem tempus in omne datam.

CHRISTIANUS SCHÆFERUS Gorl.

SAt multæ festæ luces numerantur in anno:
ut soliti fasti quemlibet hocce docent.

Sed tamen illa dies, quæ pacem reddidit almã,
(crede mihi) in festos est referenda dies.

NICOLAUS RANISIUS Gorlic. Lusat.

P*Rincipis in cujus fuimus ditione tot annos
Hunc, magnamq; ejus protege Jova domum:*

Porro ejus geminus da nos defendat ut ensis:

Ruta etiam nobis sit medicina diu.

VOTUM JOHANNIS HEINRICI FRISII Gorl. Lusat.

Q*uos patres porro vos Teutonis ora tenebit
Hanc curam hoc studium suscipite piæ:*

Ut vestra proles ipso cum lacte capessant:

Optima pax, bello, credite, nulla salus.

Adjecit JOHANNES WYNEREN

Glorificium hoc bello tibi quæ benefacta Jehova
Contulit, ó semper mente teneto pia.
Nam licet ille malis te saepe oneravit acerbis,
Non tamen in te animo desiit esse Patris.
Huncce Patrem tibi fac facilem fervesq; benignum:
Felices queis hic assolet esse Pater.

J. E. S.

Gloria sit sanctæ Triadi, quæ munera pacis
tot jam annis à tot mille petita dedit.
Effice sancta Trias, laudi quò cedat ubique
ipsa tua, & patriæ commoda mille ferat.
Effice sancta Trias, longissima tempora durer,
Et nisi cum mundo hoc emoriatur. Amen.

IOHANNES GEHLERUS.

Ex Es. 7, 20 & Psalm. 68, 31.

Tempore quæ longo passim in Germanide, barbas
Cum capitisque pedum rasit acuta pilos,
Quas porro radet conducta novacula gentes?
Radat eas gentes, quæ fera bella volunt!



Oberlausitzische Bibl. Görlitz



1005325 6



SLUB

Wir führen Wissen.

<http://digital.slub-dresden.de/id445464283/28>



GÖRLITZER SAMMLUNGEN
OBERLAUSITZISCHE BIBLIOTHEK